

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Inscriptiones Croneburgenses [2 indskriptioner fra Kronborg]

Citation: Brahe, Tycho: "Inscriptiones Croneburgenses [2 indskriptioner fra Kronborg]", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 190.  
Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54483/facsimile.pdf> (tilgået 04. august 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Ophavsret: Udgiver har den fulde ophavsret.

Dog kan værket gengives i det omfang som det følger af ophavsretsretlige undtagelser om citat, kopiering til privat brug mv. Desuden kan der ske kopiering til undervisningsbrug mv. i det omfang som det følger af aftaler indgået med Copydan og tilsvarende institutioner.

Nogle af værkerne i Arkiv for Dansk Litteratur er dog helt fri af ophavsret (public domain), og så kan du bruge værket frit.

*Du kan finde hvilke værker fra Arkiv for Dansk Litteratur som er frie i [denne liste](#). Har du spørgsmål til benyttelsen af et værk, kan du kontakte udgiver: [Det Danske Sprog- og Litteraturselskab](#)*

Hanc vbi tranfires, Dani Legatio Regis  
 Mutua Amicitiae foedera prima dedit;  
 Tunc caelestis Amor, nobis innatus vtrinque,  
 Nos in Amore etiam junxit vtrosque pari;  
 Qui modo perdurans crefcit crescentibus annis, 5  
 Constanti similis, quo fatus ille, Polo.  
 Hæc tibi Danorum celebris qua Porthmus Huænam  
 Alluit, Aftra mouens scribere Diua iubet,  
 Quæ te fincere redamans tibi dicere Grates  
 Atque optare fuo nomine Fauſta monet. 10  
 Viue diu incolumis Mufarum Fautor et Hofpes,  
 Vrania celebris per Sacra, viue diu,  
 Egregioſque velut ſpectas longo ordine Natos,  
 Quos Virtus, Probitas, Ingeniumque beant,  
 Crescentes pariter Virtutis laude Nepotes 15  
 Vt videas, Supera Muſa nouena rogat,  
 Vrania ante alias multum tibi chara Sorores,  
 Te poſt ipſa etiam viuere fata cupit.  
 Hoc pariter, tibi qui multum fauet, optat Apollo,  
 Optima quæque fimul docta Minerua volet. 20  
 Nec faltem Superi, mortales inſuper orant,  
 Vt diuturna tibi ſtamina Parca neat.  
 Ipſe quoque addiſtos non vltimus inter Amicos  
 Cum facili eueniat longa fenecſta precor.  
 Et modo quod ſupereſt, Felix cum Coniuge chara 25  
 Cumque tua tota Prole domoque Vale.

Datum VRANIBVRGI Kal. Martii Anno 1585.

Tuus  
 TYCHO BRAHE.

[Ex Erici Pontoppidani *Marmoribus Danicis* I p. 136 (Hauniæ 1739)]

#### INSCRIPTIONES CRONEBURGENSES.

**I**NCLYTUS hanc cellam FRIDERICUS condidit Arcem,  
 Nomine qui fimul et forte SECUNDUS erat,  
 Rex pius et juſtus, mitis, robultus in armis,  
 Qui tamen inuitus prætulit arma togæ, 35  
 Cui Regina toro vixit fociata Regali,  
 Mechelburgiaca nata SOPHIA domo.  
 Quæ pariter virtutis amans, ſtudioſa mariti,  
 Pignora conjugii plena decore dedit.

Ergo

CARMINA

191

Ergo ubi placatos ageret Rex impiger annos,  
Structuræ tanta mole peregit opus,  
Munivitque arcem, velut adspicis, haud quod in ista  
Spem sibi tutelæ præfidiique locet,  
5 Nec velut antiquo structo Babylonis ovando  
Jactet, ut humana robora facta manu.  
Iste dedit poenas factus, dum septimus annus  
Cerneret amentem perlimilemque feris.  
10 Rex nihil ostentat Danus. Se credit et optat  
Præfidio tutum solius esse Dei.  
Scit bene, ni faveat Numen, quod robora nulla  
Vel chalybe et duro facta adamante juvent.  
Ergo det astrorum terræque marisque Creator,  
15 In quo spem solo Rex FRIDERICUS habet,  
Profer ut ille diu et soboles serique nepotes  
Has habitent, firma pace vigente, domos.

IN TABULA HOROLOGII.

Transvolat hora levis neque scit fugitiva reverti,  
Nostra simul properans vita caduca fugit.

20

25

30

[E